

Hugonis Magni dicti Abbatis nobilitas & profapia, pag. 257. n. 19.
Hugonorum in Francia multiplicata bella, p. 381. n. 27.
Humbertus ingenio & prudentia eximius ex Tullensi Diocesi a Leone Papa IX. Romam educitur.

I

Jacobus Apostolus dictus frater Domini constituitur a Petro & filii Zebedaei primus Hierosolymorum Episcopus. Hic denominatur minor ad distinctionem Jacobi Zebedaei dicti majoris eius, qui primus inter Apostolos martyrium subiit ab Herode Agrippa decollatus.

Jagello Lituaniae Princeps cum sua omni gente abjecto Idolorum cultu baptizatur, nuptiasque inquit cum Hedvige Polonae Reginae, idque regnum ditione Lituaniae adaugetur ex ann. 1386. p. 335. n. 21.

Ibas Episcopus Edessenus in Synodo Chalcedonensi confedit. De hujus ad Marin Perfam gravis concertatio, p. 168. n. 16. & p. 187. n. 5.

Iberi per captivam Christianam, quae sola Christi invocatione reginamque illius gentibus gravibus morbis laborantes ad sanitatem perduxit, deinde ad Christi religionem una cum populo convertit, p. 58. n. 13. Indorum quoque gentes istidem fere temporibus ad Ecclesiam Christi redacti sunt per Frumentium a magno Athanasio Episcopo consecratum & missum, ibid.

Jejunium. Jejunii Quadragesimalis origo ab Apostolis, p. 37. n. 1. Jejunia in profectis solemnioribus cum vigiliis instituta, ibid. n. 2. Jejuniorum dies non solum a carnibus & sanguine, sed etiam a piscibus, lacticiis, & ovis, & vino, & oleo praecipiebatur abstinentia, & a quavis refectiuacula, ibid. n. 3. Jejunium Quadragesimale continuis duodecim saeculis non nisi vespere ac tribus post Solis occasum horis solvebatur: Reliqua jejunia post horam Nonae, hoc est, post tres a meridie horas licite solvebantur, p. 38. n. 4. Jejunia Sabbatorum apud praefatos Orientales nefaria & vetita etiam tempore Quadragesimae; sed in Ecclesiis Occidentalibus praecipiebantur, p. 108. n. 22. adjunctis scolis. Jejunia Feriarum sextarum in honorem Dominicae Passionis per omnes totius Orbis Ecclesias observabantur ex praefato, p. 50. num. 13. Jejunia Feriarum quarumquarum ideo instituta, ut ait Petrus Alexandrinus, quia eodie conjuraverant Iudaei de Christo captivando & occidendo, ubique servabantur, ibid. Jejunabantur tres in anno Quadragesimae non solum a Montanistis, sed etiam spontanea a plebique Catholicis, ut liquet ex Caroli Magni capitulis. In quibus etiam indicitur poena mortis in eos, qui intra Quadragesimam, quae Paschalia solemnitas praecedit, carnem sine probabili causa comederint. Istidem Capitularibus praecipitur Quatuor Temporum jejunia, quando sacri Ordines conferri solent, p. 234. n. 6. Jejunia Monachis indicta. Itemque cum Litanis instituta jejunia per triduum a Calendis Januariis, ne Christiani ethnicorum dissolutionibus in venerationem Jani constituti participarent, p. 19. n. 4. & 5.

Jerusalem. Jerosolymam Saladinus Babyloniae Sultanus Christianis eripit, p. 276. n. 5.

Jerosolymitanum Concilium. Jerosolymitanum Apostolorum Concilium de immunitate ab observationibus legalibus, p. 11. n. 15.

JESU Christi mors, Resurrectio & Ascensio, p. 1.

Ignatius Tertius a Petro Antiochiae Episcopus Martyr sub Trajano, p. 4. n. 21. Ejus & Polycarpi epistolae, p. 14. n. 16.

Ignis novus & Cereus Paschalis, quid significant, pag. 199. num. 5.

Ignis Graecanicus in ipsis aquis ardentis inventor Callinicus, quo ipse Saracenorum classem Constantinopolim obsidentem incendit, imperante Constantino Pogonato, p. 196. n. 9.

Ignorantia cunctorum errorum mater & nutrix maxime Sacerdotibus vitanda, pag. 200. n. 9. Et quanta sollicitudine sacri Canonis provideant studiis Clericorum eo usque, ut fa-

vore studiorum praebendatos Clericos a residentia dispensent, ibid. n. 9.

Imagines sacrae. Imagines sacrae colendae. Et Christus Dominus sub humana figura, atque etiam sub typo agni representari & coli potest, p. 217. n. 8. p. 212. n. 18. A tribus postmodum Graecanicis Imperatoribus post nefandum Copronymum Leone Armeno, Michaele Balbo, ejusque filio & successore Theophilo motu contra sacrarum Imaginum cultores persecutiones, & martyrum in his sustinendis admittenda constantia, Theodori Studitarum praefati, ejusque discipuli Nicolai Studitae Joannisque Damasceni: hujus & Theodori Studitae scripta pro tuenda piarum Imaginum veneratione supersunt, Sanctum martyrem Euthymium tauris Michael Balbus a filio Caesare, Theophilo quasi carnifice crudeliter concidi iussit, donec in eo cruciatus spiritum reddidit. Methodium quoque neno factis laudare possit toties ad cruciatum repetitum, pag. 216. & seq.

Immunitas Ecclesiastica. Immunitas Ecclesiastica multiplex. In primis reorum ad Ecclesias confugientium, ne inde extrahantur nisi de omni poenarum genere sint securi. Haec olim per Orbis cunctas Ecclesias etiam in Gallis fuit inviolabilis, p. 146. n. 7. Sed ne impunitate crimina grassarentur, sequentia edicta providerant. Secunda Ecclesiae immunitas Clericos attingit, ut sint ab omni Laica indictione & publicis laboribus liberi, p. 151. can. 7. Et a tutelis & officiis secularibus & iudicis laicorum, p. 152. can. 9. p. 192. can. 7. & 8. Immunitas tertia est bonorum Ecclesiae & piorum locorum, p. 242. can. 17. 18. 19. ibid. can. 40. p. 243. n. 8. p. 306. n. 33.

Imperium Romanum ab Augusto fundatum desit in Augusto, qui dictus per deridiculum Augustulus. Hunc enim Odoacer Turcilingorum Rex fultit, abdicatoque Imperatoris nomine Ravennae regiam sedit, p. 130. n. 29. & 30.

Imperium pariter Orientis a Magno Constantino ceptum eversum fuit sub Constantino VIII. p. 353. n. 38.

Imperator. Imperatores novos creandi jus profectum creditur ex communi decreto Gregorii Papae V. & Othonis III. qui ambo consanguinei erant, & Theuonicae originis, p. 259. n. 30.

Indictio. Indictio quindecim annorum seriem complectitur, triplex est, Constantiniana, Caesarea, & Pontificia, hujus initium in edictis Pontificiis ducitur a Calendis Januarii, p. 20. n. 1.

Indulgentia. Indulgentiarum origo ex libellis Martyrum & Confessorum orta censetur, quorum intuitu & precibus poenitentiae publice ab Episcopis relaxabantur, p. 67. n. 11. Indulgentiae Episcopales certorum dierum iis conceduntur, qui cum luminibus die vel nocte sacram Eucharistiam comitantur, cum deserunt ad aegrotos, p. 340. 341. Indulgentiarum potestatem inficientes earumque virtutem anathemate damnantur, p. 416. cap. XXI.

Inventarium. Inventarium bonorum a Prioribus Ecclesiarum & Rectoribus piorum locorum tam rerum mobilium quam immobilium, & chartarum ac instrumentorum manu publica conscribendum & in Archivis deponendum, p. 330. p. 341. can. 20. & 58.

Instrumentum. Instrumenta seu chartae locorum piorum intercipientes vel occultantes damnum omne de suo refarcire tenentur, & excommunicatione illaqueantur, p. 162. can. 26. & p. 330. can. 3. & p. 344. n. 9.

Joannes Apostolus a ferventis olei dolio egressus, in Patmos insulam relegatur, pag. 4. n. 24. Evangelium & Apocalypsim scribit. Ephesum postliminio sub Nerva regreditur, ibid.

Joannes Damascenus. Joannes Damascenus pro asserendo piarum Imaginum cultu scriptis decernat adversus Leonis Haereticus impia edicta, p. 213. num. 2.

Joannes Chrysostronus. Joannis Chrysostroni magnanimum cum Gaina potentissimo Gothorum Duce ad Imperium aspirante, & Ecclesiam pro se suisque Arianis postulantem, colloquium, p. 126. n. 7. & seq. Eiusdem persecutio, exilium, & obitus apud Amasaram ad Pontum Euxinum, p. 126. 127. Eiusdem reliquiarum perhaenostica Constantinopolim translata, p. 127. n. 15.

Joannes Burgundus Aurelianensem Ducem Ludovicum per scarios interimit, p. 349. n. 23. Idem pacem Ecclesiae interturbat, ne Constantinensis Synodus ullum sortiretur effectum, & Papam Joannem XXIII. a bono & laudabili proposito dissuadet, p. 347. 348. n. 15. Idem horrendas caedes per suos feoquas Parisiis perpetrat, p. 350. n. 23. Idem coram Delphino Carolo ad fluentem Icaunae & Sequanae a Tanneguio Castellio necatur, ibid. n. 24.

Joannes Papa. Joannis Papae VIII. damnosa facilitas erga Heribertum Veromanduorum Comitem. Itemque erga Carolum Calvum, & insuper Imperatorem Graecum Basilium & Phorium, pag. 257. num. 18.

Joan-

Joannes Papa XXIII. in demortui Alexandri V. Sedem electus, a Sigismundo rogatus Constantiae Concilium pro schismate extinguendo indicit, pag. 347. n. 9.

Joannis Vvicleffii haereses ex Anglia in Bohemiam traductae, p. 345. n. 3.

Joannes de Poliano. Joannes de Poliano Doctoris Parisiensis, circa confessionem coram Parocho necessariam opinio damnata a Joanne XXII. p. 372. can. 10.

Joanna Regina. Joanna ejus nominis prima Neapolitana Regina, in suspicionem venit occisi mariti Andree Hungari: quam ob causam instigante illius adversario Urbano Pontifice VI. Carolus Dyrachinus, in quem Urbanus Neapolitani regni titulum contulerat, quosito praetextu illatae Andree necis, cujus facinoris post exactas perquisitiones nulla potuerat in Joannam erui probatio; Carolus inquam Dyrachinus motu contra illam bello, & coactam ad sui deditionem stranguavit. Eadem Joannae accitum in sui defensionem Ludovicum Andium Ducem fratrem Caroli V. & patrum tunc in Francia regnantis Caroli VI. in filium adoptavit. Eadem Clementi VI. Papae jam pridem Avenionem vili pretio venderat, a quo pax inter ipsam & Ludovicum Hungaricam Regem & Andree mortui fratrem conciliata fuerat, p. 334. n. 13. & 14.

Joanna Darcia. Joanna Darcia simplex & rusticana virgo caelitus ad hoc missa, ut Franciam ab Anglis usurpatoribus oppressam liberaret. Hujus praecleara bellica facinora memoratur, p. 350. n. 26. & seq. Eiusdem captivitas & injusta mors ab Anglis, qui vivam combusserunt. Revisio processus hujus iudicis per Calistum III. Papam, qui innocentem jusultque damnatam declaravit, ibid.

Josephus Barababas. Josephus Barababas cognomine Justus, p. 1.

Jovinianus. Jovinianus Princeps religiosissimus Juliano Apostatae succedit. Ab Athanasio de Fide institui postulat. Prunorum nidore exringitur, p. 60. n. 27.

Irenaeus. Irenaeus Lugdunensis Episcopus sub Septimio Severo Martyr p. 41. n. 3.

Irene Augusta. Irene Augusta, promotio ad Patriarchalem Constantinopolis Sedem Tarasio, & rogato Adriano I. Pontifice, Nicenam Synodum secundam pro instauranda piarum Imaginum veneratione promovet, praesidentibus Apostolicis Legatis, p. 213. 214. In Ordinem a Constantino filio, & in Monasterio compellit, qui ganeis & luxuriis, & omni pravitae Ecclesiam imperitiamque pessumdat. Irene vero Staurocio adjuvante pristinae refamit dignitatem & administrationem rerum, filioque efflois oculis necem inferit, ibid. n. 5.

Irregularitas. Irregularitas contrahitur per uxoris adulterium, si adhuc retineatur, aut si quis, postquam ab alio vitata est, in matrimonium duxerit, sive viduum, nec ab alio nisi priore marito cognitam. Idem ex baptismo in agitudine suscepto. Et ex quacunque bigamiae etiam interpretativae specie, p. 64. 65. Irregularis est, quicumque in iudicio sanguinis aut mutilationis intervenierit, & omnis emergentis aut epilepticus, p. 206. & seq. omnis spontaneus enuchus, p. 71. Et voluntarius homicida etiam in bello iusto, etiam contra infideles, p. 234. Item natus extra legitimum matrimonium & conditione servus, p. 266. n. 5. Fuit etiam antiquitus Irregularitas orta ex peccato fornicationis ante ordinationem statuta in Concilio Neocaesariensi can. 9. & in Niceno can. 4. sed ea obsolevit. Licet Episcopis in omnibus irregularitatis & suspensionibus ex occulto delicto, aut ex quovis homicidio natis, aut ex non deducto ad forum contentiosum dispensare: & absolvere in quibuscumque delictis occultis, etiam Sedis Apostolicae reservatis, v. g. a peccato & excommunicatione, quae quis incurrit per simoniam: non tamen rehabilitare ut possit v. g. beneficium retinere, aut novum suscipere, aut ne teneatur perceptos fructus restituere, pag. 410. nu. 73.

Isaacus Angelus. Isaacus Angelus Graecorum Imperator perire a proprio fratre Alexio Angelo excoercatus Imperio privatur. Cujus criminis ultionem suscepit Latinorum Principum foederata classis ad recuperandam Palaestinae destinata, quae facta excoercione Constantinopolim occupat, Alexio tyranno Delbetum confugiente. Quo in tumultu Alexius Ducas cognominatus Marzaphus, Isaacio caeco animam agente, filium ejus Alexium Angelum arte elusum laqueo interimit. Tunc Principes confederati Balduino Flandro Imperium deserunt, & Marzaphium in suam redactum potestatem ex alta turri praecipitant, p. 278. nu. 19.

Italici principes, desiciente, aut ad inertiam degenerante Carolo Magni stirpe, de Imperio invicem contendunt. Vido seu Guido Spoleti Dux a Formoso Papa coronam accipit Imperii. At Berengarius Forojulienis Dux Imperium quoque ambigit, resque inter ambos ad arma deducitur. Victus a Vidone Berengarius ad Arnulfum Germaniae Regem recurrit, cujus adventu Roma obsidetur & capitur a Germanis. In Germaniam reverfus Arnulfus pediculari morbo interit. Ejus filium Ludovicum proceres Germani evehunt ad Imperium. At in Italia Vido mortuus Lambertus filio successorem detulit Im-

perii. Istiusmodi Italorum de Imperio concertationes Italiam perpetuis civilibus bellis, & horrendis hostilibus vastationibus, sepruaginta, & amplius annos dilacerant, donec Germanis assertum est ab Othone I. Imperium, pag. 256. num. 6. & seq.

Judaea. Judaea post mortem Herodis Agrippae Provinciae Syriae adjicitur, p. 2. n. 8.

Judaeorum ad Christi fidem conversionem, & Gentilium pariter conversionem dissenso Hierosolymitano Concilio dirempta, p. 3. nu. 15.

Judaeorum sub Nerone rebellio, p. 4. n. 23. Altera sub Trajano, p. 12. Et sub Adriano, ibid. n. 4.

Judaeorum contra Christum impietatem Deus ultus est per Romanos Imperatores Vespasianum & Titum per atrociam bella, adeo ut in solius Hierosolymae obsidione undecies centena milia eorum perierint, urbs solo aequata, templumque eversum sit, p. 4. n. 23.

Judaeorum horrendae crudelitates ipsis accersunt atroces clades ab Imperatoribus Trajano & Adriano, p. 12. n. 6.

Judaei quondam suum Pascha celebrabant absque ulla epactarum subtractione, p. 83. n. 5. Judaeis extra privatas domos prodeundi licentia inter Christiana oppida denegabatur a die Dominicae Coenae ad diem usque Paschalem, pag. 193. can. 14.

Judaeorum filii ad Christi fidem conversi a suis parentibus sejungendi. Similiter matrimonio juncti ab invicem separandi, p. 202. can. 60 & 63. & Judaeorum conviviis nemo Christianus interit, ibid. can. 15. Judaeis ne permitatur Christianos per utrasque spoliare. Et ne compellantur habitum gestare, quo ex primo aspectu discernantur. Et ne publicis officiis praeficiantur, quorum occasione Christianos vexare possint. Et ne ad fidem & baptismum conversi quidquam de pristinis suspensionibus retineant, p. 309. n. 41. & seq.

Judices saeculares. Judices saeculares Clericos in causis criminalibus & actionibus personalibus ad se citare prohibentur, p. 343. n. 7.

Julianus Apostata. Julianus Apostata contra Constantium rebellat. Christianos infestatur, quorum odio cum Judaeis conspirat ad instaurandum ipsorum Templum; sed Deus novis prodigiis constatum illum eludit. Horrendis cacodemum invocationibus & tartareis praestigis se addicit. Babylae Martyris ossa ex Epidaphne abduci mandat. In Persas stolido consilio bellum movet. Eiusque exercitu extrema penuria laborante, ipse telo divinitus immisso necatur, p. 60. n. 24. & seq.

Julius Papa. Julius Papam primum Orientales Ariani supremum agnovere Hierarcham, seque illius jurisdictioni subjecere in causis ab ipsorum Synodis jam definitis, p. 89. Julius Papa II. Mirandulam expugnat. Inde excedens Ferrariam obsidione cingit, quam tamen cum gravi suorum iactura solvere compellitur, p. 376. n. 7. Concil. Lateranense V. incidit, ibid. n. 8.

Jurisdiclio Ecclesiastica. Jurisdiclio Ecclesiastica saecularibus officialibus ne impediatur vel usurpetur, p. 288. can. 5.

Jurisdiclio Archidiaconorum non extenditur ad causas sponsalium & matrimonialium nisi de mandato Episcopi, p. 343. nu. 5.

Jurisdiclio Episcoporum erga Regulares etiam exemptos, ubi & quando exerceatur, p. 390. & 397. n. 14. Etiam erga Ecclesias exempta & nullius diocesis, ibid. 399.

Jurisdiclio & potestas Archidiaconorum, Archiepiscoporum citra peculiarem Episcopi consensum ad mandatum, non eo porrigitur ut possint praebendas conferre curae animarum adnexas, p. 281. can. 7.

Justinianus. Justinianus Imperator a Theodora conjugis, & a Theodoro Caesare Cappadocum Episcopo, ambobus haerese Eurychiana infectis depravatus, Chalcedonensem Synodum infamiter conmissit, trium Capitulum quatuordecim movet, Vigilio Pontifice reluctante, quem ideo carcere gravibusque arumnis macerat. Cum tamen Justiniani pertinacia eo rem adduxisset, ut impenderet Ecclesiae formidabile schisma, Vigilius tandem consensum praebuit, p. 187. n. 6. & seq.

Justinianus secundus Imperator dictus Rhinometrus, vecors, impius, & credulus, a religiosissimo patre Constantino Pogonato profusus degener. Synodum schismaticam dictam Quinisextam in Trullo Palatii fornicata parte cogit, p. 197. n. 14. & p. 209. & seq.

Justinus. Justinus primus de Religione praecclare meritis Imperator sacram Religionem ab Anastasio, cui successit proculcatam erexit. Hofmidae Pontificis precibus adductus nomina Acaei, Euphemii, & Macedonii Constantinopolis Patriarcharum; itemque Zenonis, & Anastasi excoerandorum Principum, de tabulis Ecclesiae jussit eradi, p. 167. n. 15. Praeterea, ut seditis noxiis contentioibus, divulse ab invicem Orientis & Occidentis Ecclesiae in unum Corpus coalescerent, ibid.

LaGa-